Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Elias Mascov

**Discursus Studenticus ...**

# Pensum Decimum : De Amata vulgo Amasia. Nuptiis Dohmio-Schulzianis Anno MDCCXXXIV. die xx. Augusti Solennissimis Ceremoniis Rostochii institutis

Rostochii: Adler, 1734

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612536**

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn828612536/phys_0001
DFG

Mk-7973a.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn828612536/phys_0002
DFG

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612536/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612536/phys_0004
DFG

262

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn828612536/phys_0005
DFG

Fr. Bachmann

15 Schriften

1732–35

wol unicum

U.-Bibl. hat nur einen Teil!

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn828612536/phys_0006
DFG

PENSUM DECIMUM
ΔΙΑΝΟΗΜΑΤΟΣ ΣΤΟΥΔΕΝΤΙΚΟΥ,

# De AMATA vulgo AMASIA.

NUPTIIS
DOHMIO-SCHULZIANIS
*Anno MDCCXXXIV. die xx. Auguſti*
SOLENNISSIMIS CEREMONIIS
ROSTOCHII
inſtitutis
ſacrabat

ELIAS MASCO.
Phil. & Jur. Utr. Cultor.

---

ROSTOCHII,
*TYPIS ADLERIANIS.*

10

2.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612536/phys_0007
DFG

# PROOEMIUM.

## §. I.

SExum ſequiorem in eadem omnes Maſculos penes non eſſe æſtimatione, certum quam quod certiſſimum eſt. Teſtantur enim de hoc collecta teſtimonia Illius ANONYMI (a). Utne attingam perverſum Judicium ALANI ab INSULIS (b) SEBASTIANI FRANCKII (c) HERM. WITEKINDI (d) VALENTIS ACIDALII (e) CUJACII (f) ANTONII FABRI (g); Horum coeci ſectatores autem quis dubitat, quin facili præcipitentur lapſu ad Miſogamiam, *Papiæ Poppææ Legis* prorſus adverſarii (h) clamitantes: Guhter Muht iſt halber Leib, hût dich Narr und nimm kein Weib. Cum tamen hi Diſcipuli W. de BRAITAINE (i) *Patriarchæ* facti tandem aliquando (ſi vel ipſis contingit eſſe tam felicibus) wie mancher alte Tropf nicht mit dem Geſicht, ſondern Gewicht des Geldes perſuaſi, non amores, mores ſaltem als Beſcheidenheit, Andacht, Gedult, Vorſichtigkeit und Hoffnung addiſcere inviti cogantur (k).

(a) In den vermiſchten Gedancken P. III. p. 155. ſqq. (b) Claſſ. I. Parab. VIII. p. 25. (c) In ſeinen Sprüch-Wörtern (editionis Francofurt. ad Moenum Anno 1651. in Med. Oct.) P. I. p. 23. ſeqq. P. II. p. 103. ſeqq. (d) Prudentiam omnem in omni ſexus foeminini diſcurſu deſiderantis ceu docet WITTE in Præfat. ad Diar. Biograph. N. XII. (e) In Diſſert. ψεκτικὸν λόγον mulieres ſcilicet non eſſe homines Exordio Anni 1595 effutientis. In quam vero linguæ calamique petulantiam animadvertit hujus novi diſputatoris Refutator D. SIMON GEDICCUS in defenſione ſexus muliebris p. t. Plura de hoc ACIDALIO affert HENDREICH in π p. 33. (f) Qui objectionem *ex l.* 38.

§. V. ff.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612536/phys_0008
DFG

§. 5. *ff. de poen.* formando voluit foeminas hominibus opponi. Verum dicis gratia hæc talia eum propoſuiſſe rectius obſervant alii, cum ibi mulier tantum foetori in utero hucdum incluſo opponatur. (g) Diviſionem hominis in Maſculum & Foeminam non ſexus, ſed generis in ſpecies ad l. 10. ff. Lib. I. Tit. V. de *Statu Hom.* venditantis, cum tamen nulla differentia Specifica ſuppeditari poſſit, aſſerente EKOLT §. 4 h. t. (h) Conſultius legerent GEORG. CASPAR. KIRCHMAIERI Diſſert. de *Papia Poppæa Lege* ex ruderibus expoſita adverſus *Μιϲογάμυς* (Hageſtolzen) vindicata pag. 13. ſeqq. (i) Qui in ſeinem tiefſſinnigen Buch von der Menſchlichen Klugheit pag. 297. ita: --- Ich wünſche mannigmahl daß ich ein Mönch wäre, und das Gelübde der Keuſchheit auf mir hätte; und daß die Natur zur Fortpflanzung des Menſchlichen Geſchlechts ein ander Mittel geordnet hätte, als die Beyhülffe der Weiber. (k) Ceu tradit MATTHIAS ABELE von LILIENBERG in Metamorphoſi Telæ Judiciariæ P. I. Caſ. CL. p. m. 647.

## §. II.

Contra ea Alii alius prorſus naturæ in alterum prolabantes extremum foeminas vel *Medias Creaturas* cum PLATONE venerantur ceu SCHüTZIUS (a) AGRIPPA (b) COELIUS SECUNDUS CURIO (c) & qui ſint plures. Nullus tamen dubito, quin & ad horum claſſem referam MARIANUM SOCINUM (d) SOPHIÆ Amatorem maximum.

(a) Im Ehren-Preiß des hochlöblichen Frauenzimmers p. t. Cui POLIANDINUS ſive JOH. GORGIAS, *Tranſilvanus* den geſtürtzten Ehren-Preiß des hochlöblichen Frauenzimmers opponens, dimidium proſtitutionis in ſe derivavit, uti ipſa inſpectio duorum Librorum oſtendit ad oculum, Illo in exceſſu, Hoc in defectu peccante. (b) In declamatione de nobilitate & præſtantia ſexus foeminini p. t. (c) In Tract. de Liberis pie educandis p. 68. (d) Hic quippe interrogatus matrimonio jamjam contracto, cur ſtudiis non tam ardens, quam antea incumberet ut SOCRATES, qui ne *χρὺ* quidem eo impeditus fuiſſet, quo minus eodem ardore literis incubuiſſet, reſpondit: *Xantippem felle amariorem fuiſſe, ſuam vero novam nuptam eſſe bellam & melle & Sacharo dulciorem*, ceu de eo aſſerit ALB. FRID. MELLEMANNUS in oratione de matrimonio Literati.

## §. III.

Sunt adhuc tertiam conſtituentes claſſem mediam eligendo viam, formamque, quæ poſtea neque *κοινὴ*, neque *ποινὴ* juxta CASP. MAURITIUM (a). His autem maxime cavendum, ne vitaturi Charybdim



incidant

incidant in Scyllam. Nec etiam facilis credat Virgo Juveni ipſam appellanti: Seinen Schatz, Sponſalia inde probatum iri; Nec Juvenis ſi puella de matrimonio interpellata reſponderit: Iſts Fragens-wehrt, monente JOH NIC. HERTIO (b). Quinimo ſi vel Sponſalia inſtituantur, intervenit nihil omnius aliquando vel *Annus Platonicus* priusquam nuptiarum Solennia celebrentur. Et quod magis his etiam peractis, haut raro poſtmodum eſt das Herkommen mittelmäßig, das Vermögen aber gar unſichtbar. Unde Satis bene noſtri Majores: Wer gelobet ſeyn will, der ſterbe, und wer getadelt ſeyn will, der heyrahte. Quæ cum ita ſint *Cautelis Cæpollinis* opus eſt omnio, & omnia prius probe ponderanda, quam falleris. En Amatam ſive *Amaſiam* plus ſimplici vice primum Comoedias, poſtea Tragoedias cum Juvene per *Picam* ſeu *Malaciam* Matris prægnantis prono ad furandum virginitatem quaſi nato ludentem! Aſt ne multis. Quippe cuilibet jam ſatis ex titulo pateſcat, verba inſtitutum iri non de *Zingaro* illo aſinum bis prima vice *cum*, ſecunda *ſine* cauda vendente; ſed de Amantis Amata ſive *Amaſia*. Quibus prælibatis ſequuntur Caſus.

(a) In Exercitationum Logicarum Quinta § 15. (b) In Diſſ. Jurid. de Matrimonio Inſtaurato & Conſcientiæ Coroll. VII. p. 36.

## CASUS PRIMUS.

Juvenis ab Amata ſive *Amaſia* repulſam fert, corrivalem ſentiens, eo audaciæ proceſſit, ut ſpretæ Suæ formæ injuriam alta mente repoſtam Libello famoſo vindicare ſuſtineat. *Quæritur*, utrum poenam mereatur? Reſp. Neg.

### §. I.

Miſer hujusmodi & infelix Amator quin miſericordiam mereatur, poenâ remiſſa, nullus dubito, quin amori intenſo non magis ac furori indulgeri poſſit. Siquidem affectionis, ardentiorisque erga *Amaſiam* amoris eſt præſumtio (a) vi cujus coacte quaſi coeco amoris ductu non adeo ſpontaneo injuriandi animo nocendique, ſed amoris furore abreptus id facinus exiſtimatur perpetraſſe. *Objicitur* quidem crimen capitale *Amaſiæ*; verum nil niſi hoc Amans quæſiſſe putatur, quam quo Parentes ad filiam ſibi, non alii deſpondendam faciliores (cur non difficiliores?) reddantur, docente SOCINO (b) Quinimo tali in caſu animum injuriandi ceſſare cenſendum eſt, quippe amore Virginis *Amaſiæ*

dicen-

dicentem facientemque aliquid ex imperio amoris (quem retinere perfectæ eſt Philoſophiæ (c) & blanda ejusdem in homines tyrannide illud feciſſe credas juxta JAC. MENOCHIUM (d).

(a) Dicerem quidem eam Præſumtionem *Juris & de Jure*. Verum cum & hæc æque ac Præſumtio *Juris*, ut & *Hominis* contrariam facile admittant probationem juxta Prudentiores JCtos teſte SAM. de COCCEJO in Juris Civilis controverſi P. II Lib. XXII. Tit. III. de Probat. Quæſt. X. p. m. 107; idcirco hæc talia non timor, non miror. (b) Conſil. CXIIX. n. 4. (c) Nov. 47. cap. 4. (d) De A. J. Q. Cent. IV. Caſ. 328.

§. II.

*Noſtrum* autem ut plane impunitum defendamus, recitatis pro ſtabilienda ſententia noſtra negativa quibusdam paribus exemplis memorabilibus, forſitan e re erit. Auſcultes. Juvenis. BAPTISTA GAZANUS libellum famoſum in Amatam ſive *Amaſiam*, quam afflictim deperibat, ſcripſerat, quærebatur, quid poenæ eum maneret? Judices ex ſuperioribus rationibus adducti, ob amoris Sævitiam dirumque imperium eum ob omni poena immunem pronunciabant rectius, teſte JULIO CLARO (a). Accedat haut diſpar exemplum *Amaſia* (ſi Vetulam hoc inſignire nomine convenit?) Juvenem Amatum in Capro (absque tamen pacto cum Diabolo) advehendum ſibi curabat, quærebatur, quali poena hæc plectenda? Reſpondebant DNN SCABINI LIPSIENSES ex *Conſtit. Elect* 2 *P. IV* decernendum eſſe ſupplicium; attamen ſepoſita ſerveriori mortis poena, hanc Vetulam ob exercitas artes, quia non nocitum fuerat per iſtam vecturam (da er auf dem Schneider-Hengſt geritten) Juveni, *Conſilio abeundi* bearunt referente CARPZOVIO (b) cum tale quid hoc ex fundamento ſuſcipientes rectius atque ſatius impuniti relinquantur, Autore & Suaſore ANDREA TIRAQVELLO (c). Militat quippe pro iis *Conjectura Pietatis* teſte J. A. SCHERTZERO (d).

(a) In Pract. Crimin. Qv. LX. §. fin. n. 10 (b) P. IV. Cap. II. D. 9. (c) In Tract. de poen. mitig. Cap. IV. n. 3. (d) In diſſ. Jurid. Poſter. de Conjectura Pietatis Cap. III. §. 4.

## CASUS SECUNDUS.

Manifeſtat Filius Patri amorem in Amatam ſive *Amaſiam* conceptum, expetens Patris de ineundo cum Illa matrimonio conſenſum; *Amaſia* per literas amatorias ob ſponſalia pertractanda ad prandium invitatur, Pater tacet, interim Epulæ parantur, Hæc invitata venit. Filius

lius animum ſuum erga *Suam* declaraturus mentionem injicit futurarum nuptiarum; Hæc Parentum ſuorum jam conſecuta conſenſum, ſuam *Suo* dat Amanti repromiſſionem. Quæ omnia quidem Patre coram, tacente licet, pertractantur. *Quæritur*, num Pater pro conſentiente habendus? Reſp. Affirm.

§. I.

Taciti cum eadem eſt vis, quæ eſt expreſſi (a), maxime cum Pater non ſimpliciter tacuerit, & non tantum *negative*, ſed & *poſitive* ſe habuerit, epulas puta parando, puellam ad has invitari permittendo, haut ignarus, filium hæc talia ad ſponſalia contrahenda deſideraſſe. Quis ejusmodi, aliisque concurrentibus circumſtantiis tacitum CATONIS conſenſum non haberet verum. Modus rei quippe non variat rem. Accidentalia admittant aliquid mutationis, modo non ſubſtantialia. De Jure Romano res quidem eſt in aprico (b). Sciens enim quid geratur, & cum poſſit non contradicit, conſentire cenſetur (c). Id quod corroborant CARPZOVIUS (d) MEVIUS (e). Cum & JULIANUS (f) idem intendat, decidendo Filiæ Patrem conſentire intelligi, niſi evidenter diſſentiat.

(a) Ceu tradit *Μόνον Στήριγμα* Noſtræ Almæ Juridicæ JOH. ERN. FRID. MANTZELIUS in Uſu Regg. Jurid. Tit. de Pact. 10. p. 24. (b) Ex l. 5. C. de Nuptiis. (c) L. ſi filius fam. ff. de SCt. Maced. (d) In JPr. Eccl. L. 2. Tit. 3. Def. 42. (e) P. IIX. Dec. 40. n. 7. ſeqq. (f) In Sponſalibus 7 §. 1. ff. de Sponſal. Conf. O. G. BUTTNERI Diſſ. Jurid. de Sponſal. Qu. I. p. 5.

§. II.

Cæterum, An in hoc paſſu ex *Nudo Silentio* absque legis vel facti aſſiſtentia induci poſſit Ratificatio? Eſt quidem Materia diſſenſionis plena. Quidam ſimpliciter affirmant, ſuffulti Brocardico: Schweigen ſey Vollwort, ut H. GROTIUS (a), & MEVIUS (b); Alii negant ut P. de CASTRO (c); Adhuc Alii diſtinguendo inter commoda ſilentis, extricatam putant quæſtionem. At enim vero quicquid eſt, noſtræ theſi magis arridet & placet ſententia CASP. HABERMANNI (d) priorem, quam quidem communem pronunciat BRONCHIUS (e), invertentis conſtituta reguli: Si actum in damnum vel præjudicium præſentis & tacentis vergat, ille omnino ratificans & conſentiens habeatur, ratione annexa, quod habeat ſibi, dum proteſtationem & noluntatem (ut ita) non interpoſuerit, ut proinde caſus ſuperior

citra

citra jus & nomen actionis fieri non potuerit i. e. animus patris non potuerit alius eſſe, niſi ratificantis, cum ex eo ipſo, ipſa hæc neceſſario eliciatur conſequentia, G. A. STRUVIUS (f).

(a) Lib. de J. B. & P. Lib. III. Cap. 22. n. 3. (b) P. VII. Dec. 59. (c) In l. 10. . R. R. H. (d) In Diſſ. Jurid. de Ratificatione Ætiol. 9. (e) In Comment. ad R. J. in l. 142. d. t. (f) Exercit. VIII. t. 52.

## *CASUS TERTIUS.*

Duo unam deperibant *Amaſiam*, quorum primo Hæc nubebat, conſummatis ſponſalibus pariter ac nuptiis, duobus menſibus poſt ex infirmitate Corporis (utrum ex Tympanitica vulgo die Bungen-Sucht latet, eleganter de hoc malo J. E. SCHAPERUS (a) in agone conſtituitur, ut & ad coemeterium delata humo recondita ſit. Alter Amans una cum Servo confert ſe ad ſepulchrum prioris *Amaſiæ*, recluſo capulo baſiolum defunctæ defixurus reperit ſigna caloris Spirituumque vitalium, actutum eam deportat domum cibum huic *quaſi* mortuæ ſubminiſtrando vires reparat, referente HARSDöRFFERO (b). Viduus relictus certior de his factus a mortuis experrectam repoſcit. *Quæritur*, utrum jure? Reſp. Affirm.

(a) In Diſſ. Medic. de Tympanite Theſ. II. p. 4. (b) Im andern Theil des Geſpräch-Spiels p. 56.

§. I.

Si fabula vera, merito hic dicis. Aſt quicquid eſt, quærimus tantum, quid juris in eo caſu. En itaque formam Proceſſus. Viduus huic ſcribit dicam Judicique rem defert. Reus autem ſe excuſando excipit, Actorem conjugem ſuam jam mortuis annumeratam pro derelicto habuiſſe, ut adeo nemini niſi occupanti (Betreter) ſibi Reo ſcilicet proprie competeret, vi illius: *Quod apprehendens rem pro derelicto habitam ejus Dominium acquirat* (a).

(a) Initit. de R. D. §. 47.

§. II

*Replicat* Actor ſeſe invitum plane atque anxio corde ipſam terræ mandandam curaſſe, cum a parte *quaſi* defunctæ, juxta ocularem ſaltem inſpectum in uno *nunc* anima auffugiſſet. Juribus autem volentibus, ut id tantum habeatur pro derelicto, quod Dominus ea mente abjecit, ut id in numero ſuarum rerum eſſe nolit, & ita ſtatim ejus rei Dominus eſſe deſinat (a); proinde hic eandem eſſe proportionem, quam inter

Sphæ-

Sphærulam atque Cylindrum, cum non ſua ſponte, ſed incidens mortis audacia id cauſata fuerit, per conſequens *Suam* pro derelicto minime poſſe haberi, als welcher Lebens-Beſchütz- und Beſitzung jam diu deſideraſſet.

(a) Ibidem.

§. III.

*Duplica.* Eum ſcilicet nondum exanimatam, potius agonizantem adhuc conjugem non expectato eventu nimis mature ad pheretrum deferendam juſſiſſe eo animo, quo e numero viventium ſublata ad mortuos tranſiret, conſequenter hanc pro derelicto habitam cedere ſibi occupanti.

§. IV.

*Triplica.* Conjugem unicuique mortuam viſam, ſepultam eſſe omnium adhortantium ſuaſu. Nunquam fuiſſe ſuam mentem vivam eam ac ſpirantem, ſed mortuam efferri; Nunc vero concepta intentione falſa ſuam voluntatem potius eſſe noluntatem; *Errantem enim non conſentire*, intentionem magis agentis perſpiciendam, non actum, cum non figura literarum, ſed mente & ſenſu noſtro obligemur (a). Quinimo Regulam: Res pro derelicto habita cedit occupanti, non niſi de mobilibus & immobilibus (b) nullatenus de hominibus, multo minus Conjugibus intelligendam eſſe.

(a) L. non figura ff. de oblig. & Act. (b) Conf. SCHNEIDERUS in Inſtit. de R. D. §. qua ratione 32.

§. V.

*Quadruplica.* Saltem oportere Actorem profiteri, ſeſe cum DEO unum & ſolum *Suam* veterem *Amaſiam* conſervaſſe, proinde hanc ſibi in proemium cadere, non dubitanti, quin reviviſcens malit ſibi, quam veteri conjugi adhærere. Contrario autem perſpecto ex ſuſpiriis ad Priorem Conjugem remeantibus, eam præter ſpem experiens gravidam, ante apertam ſententiam dimiſit, probe gnarus, daß weil dieſes Kauffmanns Guth allbereit gezeichnet worden, ſich deſſelben keine andere Fremde Hand anmaſſen dürffte. En itaque adhuc verum illud tritiſſimum: Alte Liebe roſtet nicht. Et quandoque refricare poteſt panis butyro illitus amantis inclinationem hucusque latentem. De cætero ſi qua Quadruplicam nauſeanti tædium excitaverim, weilen nur monente NIC. HIER. GUNDLINGIO (a) in allen wohleingerichteten Judiciis ſelten mehr als die Duplicationes ut excluſiones Replicarum zugelaſſen werden, zumahlen ſeiner Meynung nach, in der Triplic und Quadruplic

plic meiſtens nur Crambe bis cocta zu finden, und daher der Judex verdrießlich werde, velim detineat vomitum, denn man hat Exempel daß Leute daran geſtorben ſind.

(a) Im gründlichen Diſcours über die Inſtit. D Juſtiniani Libr. IV. Tit. XIV. de Replic. pag. 457. Edit. Sec.

## CASUS QVARTUS.

Amata ſ. *Amaſia* ob commiſſum ſcelus ad mortem condemnata vinculis tenetur. Judex miſericordia ipſius captus ob nimiam pulchritudinem & teneros annos ipſi donat vitam ea conditione, ſi qua duo Juvenes de Ipſa gladiis certaturi eſſent, horum altero victore ipſam in matrimonium ducturo. Adeſt unus Adverſarium poſtulans; Venit & alter nec minori flagrans in ipſam ſuam *Amaſiam* amore plane abreptus, qui autem, ut conſervetur ſua *Amaſia*, ſe patitur vinci facillimo modo, gladiis vix ac ne vix quidem ſeſe invicem attingentibus. *Quæritur*, utrum Priori adjudicanda? Reſp. Affirm.

§. I.

Suboritur autem dubium, num conditio ſcilicet annexa reſpectu eam nanſciſcentis adimpleta ſit? Præſertim cum Candidatus matrimonii non habeat, quod victoriam multum crepet, altero ſine ulteriori coactione & ſponte victas porrigente manus; maxime, quia vis victoriam facit & impugnatio, non ſalutatio. Reſponderem autem, Priorem ſcilicet verum eſſe victorem, dum alter hujus virtutes heroicas metuens, nimis abjectus ſe ſubmiſerit, non expectans eventum infeliciorem. Quare non reſiſtentia ſemper victoriæ cauſa eſt, ſed quoque ſalutatio ex ſubjectione orta; ſecundum illud, quod non vis, ſed etiam coacta voluntas victoriam gignat. Ad *exceptionem* vero, quod ſic armis non opus fuiſſet, regero, Sæpe hoſte abſente haut paucos ſolitos præſentare groſſe Figuren und Ambrage, ac ſi ipſi eſſent *Fac Totum;* verum præſente hoſte, eorum *quaſi virtus* ſubmergitur in die Hoſen. Quocirca omni Jure Priori eſt adjudicanda.

## CASUS QVINTUS.

Cæcus poſtquam ihm der Staar geſtochen, videns ſuam *Amaſiam* ſibi cœco deſponſatam, recuſat eam ducere in matrimonium, weil ſie groſſe Pocken-Gruben und Türckiſche Tauben-Augen hat. *Quæritur*, utrum repudiare Ipſam poſſit. Reſp. Affirm.

B §. I. Exci-

§. I.

Excipit 1) Deſponſata, *Se eum omnino tenere a priori*, quippe eum non a tergo aſpicere, ſed a facie dignata eſſet. Aſt Hic reſpondet, tantum abeſſe, ut patiatur ſibi Iſtam adjungi, ut potius lumine duorum oculorum rurſus ſe privatum iret. Siquidem Ipſam delicioſum hortum gratæ Juventutis ſibi imaginatus, nunc potius exoptaret patibulo, quam collo ejus pendere. Præterea cum nonniſi ſponſalia de *futuro* hactenus inſtituta eſſent, idcirco ignorantiam (invincibilem) ut errorem *Qualitatis* ſibi utilem fore crederet.

§. II.

Excipit 2) Deformitatem corporis non eſſe cauſam repudii, niſi in ſtatu Sponſalitio ortam, eamque nec ſufficere, exceptis *Vitiis Canonicis* e.g. die Schneider Courage, Auſſatz, Neapolitaniſche Liebes-und Leibes-Kranckheit, und wenn jemand eine Naſe vier Italianiſche Meilen lang hätte, hocque naſu impediretur, quo minus oſcula *Amanti* vel *Amatæ* defigere valeret. Et quamvis quidem habuiſſet oculos clauſos, tamen non os, cum ex aliis quærere potuiſſet, utrum tetra, an pulchra ſit ſua *Amaſia*. Verum enim vero id cum fecerit Amans, tamen falſus eſt, utpote cui Diabolum Angelum vendiderunt. Quapropter hæc Sponſalia mendaciſſimis ædificata tenebris, radiis ſolaribus diruantur merito.

## CASUS SEXTUS.

Duo in *Amaſiam* illicito feruntur amore. Hæc in nuptiis Saltatione cum altero inſtituta, alteri choream denegat, deneganti autem infligitur Alapa. *Quæritur*, num recte? Reſp. Affirm.

§. I.

Tantum quidem abeſt ut hic *Juridicas* easque antiquas meditemur alapas, de quibus BRISSONIUS (a) BESOLDUS (b) SPEIDELIUS (c); Aut *Theologicas*, quas videre licet apud DURANDUM (d) JOH. BAPT. PACICHELLUM (e) LÆLIUM BISCIOLAM (f); aut *Medicas*, quas explicat GEORGIUS FRANCUS (g); aut *Philoſophicas*, quarum ſignificationem ſuppeditat FARNABIUS (h); ut magis *quid juris* in propoſito caſu de alapa virgini illata quæramus.

(a) L. I Select. ex Jur. Civil. Antiquitt. Cap. II. (b) Theſ. Pract. voce wehrhafft machen (c) In Specul. Obſ. voce Maultaſchen, Backenſtreich f. 894 & voce wehrhafft machen f. 1350. (d) De Ritib. Eccleſ. L. I. C. 20. n. 19. (e) Cheiroliturgiæ Cap. III. p. m. 14. ſeqq. (f) In Horis Subſecivis

ſecivis Tom. II. L. 6. Cap. II. (g) In Diſp. Medic. de Alapis ſive Colaphis §. II. ſeqq. (h) In Annotat. ad Juvenal. Cap. IIX. p. 192.

§. II.

Faciem eſſe honeſtam corporis partem injuriamque pati alapâ recte quidem JCti ſtatuunt, teſtibus BESOLDO & SPEIDELIO (a). Utrum vero Juvenis *Amatæ* ſive *Amaſiæ* eam infligens hic excuſandus & impunis pronunciandus ſit, altioris eſt indaginis quæſtio. In rigidiorem & negativam inclinare ſententiam omnino videtur JOH. PHILIPP. SLEVOGTIUS (b), id quod apparet, dum ad quæſtionem ſibi propoſitam ſubjicit: *Fruſtra affirmans Sententia vulgo placet.* At enim vero, non videmus, quid cauſæ ſit, cur non omni jure id fieri liceat.

(a) L. L. a. a. (b) In Diſſ. Jurid. de Pignoribus, Coroll. II. pag. 27.

§. III.

Nec eſt quod *Objicias* 1) Nemini licere propriam ſumere vindictam. Verum Regula fallit hic in Subſumtione. Quippe tantum beſt, ut ſit vindicta, ut magis κόλασις ſive παιδεία, quæ nonniſi admonitionis, emendationis vel *alius finis* ergo ſit, teſte MAGNO THEOLOGO F. A. ÆPINO (a). Nec valet 2) diem eſſe expectandum, quo data occaſione *Jus Talionis* in eodem actionis genere exerceatur: Quia ſic expectaret ad Calendas græcas, maaſſen es keine Mode, daß ein Frauenzimmer einen Studenten zum Tantz auffordere, & per conſequens *Pia* inſtituturus eſſet *Deſideria*; Siquidem Talionis poena & inſcripſionis ſolennitas in deſuetudinem abierit plane, docente CARPZOVIO (b). Quapropter illud πολυθρύλλητον: Auf ein Hunßfott gehöret eine Ohrfeige, huc ſatis aperte applicabile videtur, cum eadem ferme ſit ratio. 3) Aſſerta § 2. præced. nec ſtabiliant injuriam. Quoniam hic omnis dolus exſulat. Injuria enim ſine dolo (c) & animo injuriandi non infertur (d) Quis vero quæſo ſibi vel fingeret, quenquam ſuam *Amaſiam* ἀλαπάζειν animo injuriandi? Obſervetur tamen cautela, ut per jocum te percutere eam ſimules, du muſt aber dabey lachen, und nicht wie ein [illegible] ausſehen, ſicque animus injuriandi abeſſe cenſetur, ſi quis virginem per jocum ἀλαπάζει (e) Corruit & 4) Argumentum *abortivum*. Abortum poſſe Alapâ accelerari refert quidem CARPZOVIUS (f); Verum ſi reſtringas, diſtinguendo inter alapam *Foeminæ* eique gravidæ (de hac CARPZOVIUS) & *Virgini* inflictam, ſententia noſtra erit in tuto. Niſi

exceperis ERNEST. CONNORIS (g) *Virginem* miraculoſe concipientem ſcilicet ex ſe ipſa & non ex congreſſu maris, ubi quidem eo caſu alia formanda eſſet intricata quæſtio, ſi qua huic choream deneganti alapa accideret.

(a) In Metaphyſ. ad Th. appl. Comp. P. III. Sect. I. Cap. IV. §. X. Uſ. p. m. 120. (b) II. Qv. 95. n. 51. (c) L. 5. C. de Injur. (d) L. 3. §. I. L. de Injur. (e) L 3. §. 3. h. t. (f) Prax. Crim. P. I. Qu. 27. n. 34. (g) In Evang. Med. ſive Medicin. Myſtic. de ſuſpenſis Naturæ LL. ſive de Miraculis Art. XI.

§. IV.

Hanc indefeſſam ſæpe moliuntur operam Juvenes de acquirenda, Quam lateri adjungant ſuo, ut haut raro eam flectere ſi nequeant, vel Acheronta movere non erubeſcant. Unde hoc? Ex præjudiciis merito ſuſpectis. Denn dieſe Cavalliers gehen aufs Prellen aus, proinde parum fidei merentur. E contra Viduo ut experto RUPERTO major habetur fides, hunc enim præſumunt cum jam unam duxerit in matrimonium, & ſecundam ſalutaturum eſſe ſuam Conjugem. Provoco ad rerum teſtimonia. NOSTER cum NOSTRAM de matrimonio interpellaret, actutum accipiebat ein freudiges Ja-Wort. Sic ſatis. Gratulor itaque *Veſtras Nuptias*, und ſetze dieſes zum Beſchluß:

Wer mit GOtt die Eh' anfänget, der bekömmt ſchon eine Frau,
Die ihn liebet, und erquicket mit dem angenehmſten Thau
Ihres Mundes ſüſſer Lippen, daß ſie ſich einander hertzen,
Ja das Hertz ins Hertze drücken, offt vom Lieben freundlich ſchertzen:
Da nun ſolchen Weg gewählet unſer tieff-verliebtes Paar!
Und den Anfang reiner Liebe heute machet offenbahr;
So muß ich itzt gratuliren, daß Herr DOHM ſo glücklich freyet,
Und ſich mit der frommen SCHULTZEN abermahl gar wohl verneuet.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612536/phys_0018
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn828612536/phys_0019
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612536/phys_0020
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612536/phys_0021
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn828612536/phys_0022
DFG

...ntæ claſſis ſit homo, ut loquar verbis H. OLIVA-
r aſpera ad aſtra itur per varios caſus per tot di-
Fortis autem hic poſcitur animus, mortis terrore
um vitæ extremum inter munera naturæ ponat
ue dolores, neſciat iraſci, nihil cupiat, & potiores
HERCULIS ærumnas ducat ſævosque labores &
is & SARDANAPALI cœnis. En Nobiliſſimum

ut. de Numeri Quinarii Excellentia §. IX. Juncto Pen-
urſus Studentici de Studioſi Monaſterio Academi-
§. 4. ubi noſtro ſcopo hic inſervientia plura in no-
runt.

§. II.

r NOBILISSIMO ex ſe nato ineſt Epictetis, So-
Senecæ, Bruti, Catonis. Philoſophiam habet ca-
lem, i. e. Sie iſt im Kopff und nicht auf den
n non μερικῶς & in tantum, ſed ὁλικῶς & in to-
vit in mundo, quaſi extra mundum, infra coe-
oelum, ne qua pavidum feriant minæ, ſi fra-
s. Loquimur autem præprimis de Politico ceu
quem quidem ſat aperte indicat §. III. Sect. II.
n tempore Stultitiam omnium vitiorum matrem,
ubitu & commodo erigi. Divites ignobiles ocu-
. Magnanimæ paupertatis ipſum non pudet.
virtuti und gebrauchet ſich einer *Philoſophiſchen*
hen Freyheit. In mundo eſt nonniſi accidens.
m NOBILISSIMUM ad ἀπαθείαν i. e. Nichts-
ydens-Befreyung, naturalem bonitatem, &
em ducentia. Cum his autem conjunctam de-
enes animum fideliſſimum.

§. III.

emque nunc fideliſſimum putat je ehrlicher,
reſpicit propria, non Perſonalia. Studet fi-
en wackern- und edleren Manne decenti. Uni